

Bellomo. Iulianus.



GRÆCORVM  
RES PVBLICÆ  
ab  
VBBONE EMMIO  
Descriptæ.

*Cum Privilegio.*

LUGD. BATAVORVM,  
*Ex Officina Elzeviriana Anno 1632.*

BIBLIOTHECA  
CONTENTA  
hoc libello.

VBBONIS EMMI  
Status Reipublicæ duarum ci-  
vitatum Atticæ & Laconicæ  
succincta delineatio.

I.

De Republica Atheniensium.

II.

De Inclinatione & interitu Rei-  
publicæ Atticæ.

III.

De Republica Laconum.

IV.

Appendix descriptioni Reipu-  
blicæ Laconicæ subjicienda.

Complexa historiam succin-  
ctam labentis tum Reipub.  
& Status, tum fortunæ Lace-  
dæmoniorum.



UBBONIS EMMI  
STATVS  
REIPUBLICÆ  
duarum civitatum Atticæ &  
Laconicæ succincta  
delineatio.

**C**ivitatum Gracarum florentibus ejus gentiis rebus longe clarissima fuerunt Athenæ & Lacedæmon, velut oculi duo inter ceteras emicantes, amula inter se se, & de principatu non gloriae solum, sed etiam potentiae decertantes: acciditque ut plurimum, ut ab harum motus & contentiones universa ferè Gracia in diversa studia scindetur. Ita sit, ut qui harum status ignorassit, inseliciter in cognoscendis Gracorum rebus bello & pace gestis versetur. Utiusque vero statum & tempubl. peculiaribus libellis delineatam summus autor, qui nemo propius rem nosse poterat, Xenophon nobis reliquit, & multis faculis post eum

Plu

Plutarchus in vita Lycurgi & Solonius: sed delineatam tantum. Nam Xenophon ut de re passim suo seculo nota scribens, strictim quedam de forma civitatis utriusque notavit, magisque, quid in hac aut illa probaret aut reprehenderet, ostendit, quam que ad cognoscendum totum statum pertinerent, exposuit. Plutarchus vero aliud agens hoc argumentum tractavit obiter, & multa omisit. Aristotelii libri de variis rebus publ. ac principie de Attica & Laconica ad nos non pervenere. Dicaearchus Siculus Messenensis, auditor Aristotelii, præclarus philosophus, cuius sape meminit Cicero, πολιτειαν Laconicam peculiari quoque libro expositam comprehendit: cui libro tantum honorem tribuere Spartani, teste Suida, ut lege lata præceperint quitanus eum in curia ephororū recitari publice, auscultantibus omnibus, qui erant in astate pubere: idque diu observatum idem Suidas affirmat. Sed & hoc οὐ γέμιμα multo tempore ante nos interiit. Interriere etiam commentarii Diocoridi de eadem Laconum republ. scripti, quos & Plutarchus citat in Lycurgo, & Athenaeus Διπυροφιστῶν libro quarto. Aetate nostra Atheniensem rempublicam Carolus Sigonius Italus, antiquitatis sagacissimus

A 3 inda-